

360 id enim notabile damnum censeatur. num. 12.
 4. Uxor a jejuniu Ecclesie excusatur ob viri preceptum solvere jubentis, & maxime si notabiles discordia oriatur inter ipsam & virum, nisi ipsi obtemperet: tamen si in contemptum ecclesiastici jejunii id preceptum maritus, potius est vita exponenda quam jejuniu omittendum. num. 15.
 5. Fractio jejuniu ratione vigiliæ incidentis quatuor aut temporibus, aut quadragesima, unicum est peccatum, uti temporibus, quia precepta illa duo sub eadem ratione contra Navar. quia precepta illa duo sub eadem ratione formali obligant intuitu ejusdem virtutis. l. 9. d. 15. n. 6.
 6. Senes ex communi Doctorum sententia excusantur a jejuniu existentibus sexagenarii, sive mares, sive femine sine, quidam tamen aetatem septuagenariam docent a jejuniu excusare: nonnulli autem vires esse attendendas dicunt: & juxta eas judicandum. l. 7. d. 32. n. 17.

Ignorantia.

1. Differentia est inter hæc, lex non obligat ignorantes, vel illos obligat, excusantur tamen a peccato & poena: quia quamvis ignorans excusatur a culpa transgressionis, & poenæ; at non excusabitur ab aliis legis effectibus, quod secus dicendum est ubi lex non obligat ignorantes. l. 9. d. 32. n. 2.
 2. Certum est legem ubi sufficienter promulgata est, ita ut scientes obliget, obligare etiam invincibiliter ignorantem. num. 3.
 3. In foro exteriori duobus mensibus a legis promulgatione transactis, jure optimo præsumitur illius scientia; unde ignorantiam alleganti incumbit onus probandi: idem dicendum licet non sit promulgata in qualibet provincia, est tamen in ea us recepta, & in Curia promulgata. num. 4.
 4. Probatio ignorantia legis sufficienter promulgatae, secundum aliquos admittitur per juramentum, sed ubi vehementer scientiae conjecturae adsunt, juramento non adhibetur fides in foro exteriori, secus autem in foro conscientie. num. 5.
 5. Condat apud omnes quamvis lex sufficienter promulgata sit, si actum nullo alio jure interdictum puniatur, ignorans invincibiliter illius legis a culpa, & illius poenis eximi, quia res quæ culpa caret in damnari vocari non debent. n. 6.
 6. Quidam universaliter docent efficientem actum sub excommunicatione interdictionem legem aliqua nova qui antiquiori jure positivo, aut divino naturali prohibitus erat; ignorant legis novæ, at conscientiam illius prohibitionis antiquæ, incurrere eam excommunicationem jure novo latam, sive jure communi, sive Episcopi constitutione ea lata sit; verum probabilior sententia cui adherendum est affirmat eam ignorantiam excusare ab excommunicatione, sive lata sit constitutione Episcopali sive Pontificia, quamvis actus sit jure divino naturali prohibitus, nec id lateat ignorantem prohibitionem juris positivi. n. 7. 8. & 9.
 7. Ad incurrendam excommunicationem non sufficit scientia juris politici rem illam prohibentis, sed etiam requiritur scientia ipsius poenæ; atque ita sciens jus prohibens, ignorans autem id prohibere sub excommunicatione, illam minime incurreret; licet quidam non improbabiler afferant non desiderari scientiam ipsius excommunicationis. n. 12. & 13.
 8. Ignorantia facti, aut qualitatibus facti pro quibus poena imposita; sicut excusat a culpa, ita a poena. n. 23.
 9. Clericus dans operam rei illicitæ sibi specialiter interdictæ ob periculum homicidii, efficietur tamen irregularis, non excusante eum iusta ignorantia. n. 25.
 10. Ignorantia facti concomitans semper excusat operantem ab excommunicatione, irregularitate, obligatione restituendi, ceterisque poenis; etiam si adit pravus affectus circa obiectum quod ignoratur. n. 26.
 11. Si quis volens Titium clericum occidere potans eum esse, cæderet autem clericum, non evaderet excommunicationem, quia & re ipsa, & animo clericum percussit. n. 27.
 12. Fallo existimans eum quem quis cædit clericum esse, eximitur ab excommunicatione, quia revera clericum non percussit, sed laicum; sicut nec irregularis est, si feram necare credens hominem esse. n. 28.
 13. Quoties ignorantia juris, vel facti est talis ut canonis transgressionem a culpa mortali excuset, excusabit etiam ab excommunicatione, & aliis poenis ob delictum impositis, ut irregularitate ob delictum, suspensione, interdicto; quamvis nonnulli alias censuras ab excommunicatione ob peccatum veniale incurri doceant. num. 29.
 14. Ignorantia vincibilis, & culpabilis facti, vel juris impositis censuras, licet alias factum sit damnatum, vel alias poenas spirituales, excusat ab illis modo non sit crassa, & supina; sive statuatur Episcopi, sive Pontificis constitutionibus. n. 31.
 15. Ignorantia crassa, & supina est, quæ ex lata

culpa in adhibenda diligentia procedit, dicitur autem culpa lata, quando quis ignorat quod omnes sciunt, insitit hominis crasso, coram oculis proposita minime insipientis. num. 32. & 33.
 16. Sola culpa lata quæ ex ignorantia, & negligentia crassa procedit, sufficit ad irregularitatem, licet quidam ex culpa levi vel etiam levissima posse contrahi affirmant. num. 34.
 17. Ignorantia quantumcumque crassa & lata culpa excusat a poena imposita scienter aliquid facienti: quia quando canon expresse, aut tacite perit dolus, non satis est crassa ignorantia, & lata culpa; idem dicendum quando dicit, si quis ausus fuerit, quia audacia temeritatem importat. n. 36. & 37.
 18. Cum canon poenam indicit præsumenti aliquid facere vel ausu temerario facienti, non satis erit ignorantia crassa, & lata culpa; quia præsumere dolus importat, ac temeritatem. n. 38.
 19. Quando ignorantia est adeo crassa ut esset ingens temeritas, non excusatur a poena canonis contra scienter scientes lata, quia revera illi dicerentur in dolo esse. num. 39.
 20. Afficta ignorantia, quæ videlicet ignorans eligit necire quo liberius delinquit, nunquam excusat ab his poenis, scientiam, ac præsumptionem exigentibus; quia hæc ignorantia voluntarium culpamque auget, cum directæ & per se eligatur. n. 40.
 21. Ignorantia facti quocumque sit, & quantumcumque crassa, modo non sit adeo crassa ut sit ingens temeritas ignorare, vel non sit afficta, excusat conjugem, qui assinitatem aut cognationem spirituales cum suo conjugis contraxit, ne debiti privetur petitione. num. 41.
 22. Si conjux accesserit ad consanguinitatem sui conjugis in secundo gradu, ignarus talis consanguinitatis, existimans esse in tertio gradu, non arbitretur a petitione debiti, quia perinde est hæc poena statutur. n. 48.
 23. Ignorantia juris statuentis poenam privationis debiti, eximit ab ea conjugem facti minime ignorans, nempe consanguinitatis contraxit assinitatem, aut cognationem. num. 49.
 24. Quando adest scientia juris & facti solaque ignorantia poenæ illo jure statuta, secundum quosdam excusat hæc ignorantia a poena; sed probabilior putat Author minime excusare. n. 50.
 25. Ignorantia probabilis non dicitur, cum omittuntur jure requisita ad assequendam veritatem. lib. 3. disp. 42. num. 1.
 26. Quamvis ignorantia, & cetera quæ in animo consistunt probentur juramento solo alleganti, tamen quando aliqua juris præsumptio contraria exeat quæ scientia præsumitur, non sufficit juramentum, nisi alius admittat, & conjecturis juvetur. l. 7. d. 37. n. 27.
 27. Ignorantia quocumque quantumvis crassa, modo dici non possit ingens temeritas, matrimonii contracti inter consanguineos vel affines, vel aliud impedimentum dirimens habentes, excusat ne ejus taciturnitas matrimonium reddat dispensationem subrepticam, & maxime si denuntiationes in Ecclesia præcesserint. lib. 8. disp. 25. num. 26.
 28. Ut matrimonium ignoranter cum impedimento dirimenti initium præmissis denuntiationibus præbet causam justæ, ac facilioris dispensationis, oportet ignorantiam justam, ac probabilem esse. n. 27.

Illegitimus.

1. Proles habita ex parentibus voto simplicis castitatis mutuo consensu altricis, nullo modo est illegitima quia concipitur a parentibus vero matrimonio junctis. lib. 9. disp. 38. num. 3.
 2. Si ante matrimonii consummationem uterque conjux, aut alter transeat ad religionem, & professione facta filium concipiat ex prior conjugio, soboles est illegitima & spuria, quia jam omnino prius matrimonium est solum, nec potest validum inter parentes consistere, impediunt professione utriusque, vel alterutrius. num. 4.
 3. Si post consummationem matrimonium alter conjux altero ignaro, aut sciente, contradicenteque profiteatur, & mox copulam habeat cum suo conjugio, proles omnino, & quoad omnes effectus est legitima; quia professio fuit invalida; idem dicendum si vir constanter matrimonio rato, ac consummato ad Ordines sacros contradicente uxore ascendat. n. 5.
 4. Probabilis est prolem susceptam post legitimam promotionem conjugis ad Ordines sacros ex altero conjugio, vere esse legitimam. num. 7.
 5. Quando absolute dispensatur cum illegitimo ab benedictione est satis probabilem eam dispensationem non arctari ad primum benedictionem, sed eo dimisso extendi successive ad aliud; & aliud, quia dispensatio illa reddens illegitimum capacem non respicit benedictionem, sed personam. lib. 8. disp. 31. n. 11.

Impo-

1. Dupliciter interdicitur Ecclesia matrimonium inter aliquos: 1. ob speciale motivum alicujus virtutis quod spectat, idque invenitur etiam in copula illicita. 2. in delicti admitti poenam, aliquodque præcavendum damnum: num. in priori casu cenetur quod prohibita specialiter copula illicita, & ita est specialis malitia in ea, diversa specie a simplicis fornicatione; & necessario fatenda; secus vero in posteriori. l. 7. d. 5. n. 7.
 2. Veritas catholica est, expediens esse ut præter impedimenta jure ipso naturæ matrimonium dirimentia, alia ab Ecclesia statuatur; quare Tridentinum anathemate damnat asserentes Ecclesiam in statuendis impedimentis dirimentibus errasse. l. 7. d. 6. n. 72.
 3. Impedimenta matrimonii, quædam impedimenta tantum appellatur, quod matrimonium licite contrahi impediant, ac contractum cum illis sit firmum, & ratum; alia vero dicuntur dirimentia, non quasi matrimonium verum dirimant, sed quia matrimonium de facto, non de jure cum illis initum, reddant invalidum: prioris generis impedimenta, non adferuntur essentia matrimonii; & ideo illud minime dirimunt. Posterioris autem generis sunt contraria ipsi matrimonii essentia, & ideo illud dirimunt. n. 3.
 4. Impedimenta dirimentia matrimonium rato jure antiquo sunt 12. quibus addita duo alia jure novo Tridentini statuta, sunt omnia 14. quæ his verbis continentur.
Error, conditio, votum, cognatio, crimen, Cultus disparitas, vis, ordo, ligamen, bonestas, Si sit affinis, si forte coire nequebit, Si parochi & duplice dicit præsentia testis, Raptores sit mulier, nec parti reddita tuto, Hæc faciunda vetata, communia facta retrahunt.
 Tres priores verus ab omnibus Doctoribus referuntur; duo sequentes additi sunt, quibus comprehenduntur duo impedimenta alia dirimentia novissime in Trident. statuta: prius, quando clam celebratur absque parochi & duorum testium præsentia; posterius, quando vir mulierem rapuit, & nondum in loco tuto, & libero constituta est. ibidem.
 5. Impedimenta non dirimentia, sed solum impedimenta matrimonium licite contrahi, duo numerari solent, nimirum interdictum Ecclesie, & tempus feriarum; alia autem non solent poni solum in numerum cum illis, quod duo illa sint impedimenta distincta omnino a dirimentibus, cetera vero ad dirimentia reducuntur: ut votum simplex ad impedimentum voti solemnis; sponsalia ad impedimentum ligamialis; Catechismus ad impedimentum cognationis. Quædam ex his impedimentis non conflungunt ex crimine aliquo, & hæc sunt 5. quæ his verbis continentur.
Ecclesia vetitum, nec non tempus feriarum, Atque catechismus: sponsalia, junctio votum, Impediunt fieri, permittunt facta teneri.
 Alia vero sunt, quæ ex crimine proficiunt, & hæc sunt 7. quæ sub his verbis communiter continentur.
Incessus, rapus sponsata, mors mulieris, Susceptus propria sobolis, mors presbyterialis, Vel si penitentia solemnitatis, aut monialium Accipias: prohibent hæc conjugium sociandum.
 De his sigillatim differit Author in hac disputatione a num. 6. usque ad 12.

6. Qui voluit matrimonium inire, vel ad ordines promovetur, tenetur Ordinario interrogari an aliquo impedimento ligati sint, manifestare impedimentum quantumvis occultum, & infamatorum sit; quia quotiescumque animæ periculum vertitur, potest exigi juramentum a reo, licet actor nil probaverit. l. 3. d. 14. n. 1. & 2.
 7. Si interrogatus de impedimento occulto, dispensationem impetaverit pro foro conscientie, non tenetur fateri impedimentum, quia dum nulla est probatio, iudex solus habet jus interrogandi, quod peccatum vitæ, in hoc autem casu non peccant contrahentes. n. 4.
 8. Impedimentum dirimens matrimonium contrahendum, quando jam contracto propria culpa supervenit, impedit debiti petitionem. l. 9. d. 32. n. 43.
 9. Culpa lethalis est contrahere matrimonium cum aliquo impedimento dirimenti, quia contravenitur præcepto juris naturalis, si de jure naturæ sit impedimentum, vel ecclesiasticum, si sit de jure ecclesiastico, idque in re maximi momenti. l. 7. d. 5. n. 1.
 10. Secundum Cajet. & alios, nullus merus in viro constitutum cadens cogens ad matrimonium in eundem cum impedimento dirimenti a culpa excusatur, verum dicendum est, si impedimentum sit solum impediens matrimonium etiam jure naturali, quale est votum simplex, vel sponsalia, nec metus incutitur in odium fidei, vel religionis, & cadit in virum constanter, inire solum matrimonium nulla est culpa, si vero animo inoleat; si vero sicte erit venialis: at illud consummare est probabilis esse culpam mortalem, licet metus idem cogat ad consummationem, non caret ta-

Thom. Sanchez de Matr. Tom. III.

men probabilitate nullam esse culpam. num. 2. & 3.
 11. Quando impedimentum est dirimens, & solum contrahitur matrimonium non animo consummandi propter illum metum, ex natura rei, & cessante alio scandalo, vacat culpa lethalis, imo & venialis, si dicitur, n. 4.
 12. Copula cum femina, cum qua nequit quis valide inire matrimonium ratione impedimenti criminis, non habet novam circumstantiam exprimentam in confessione, quia in copula illicita dicitur ratio prohibitionis matrimonii, nimirum, & poena delicti admitti, & ne detur anxia captandi mortem conjugis, ad contrahendam cum adultera. n. 18.
 13. Hodie nulla est culpa cum impedimento quocumque impedienti matrimonium inire, præter cum voto sponsalibus prioribus, & interdicto Ecclesie. l. 7. d. 17. n. 9.
 14. Omnia impedimenta non dirimentia, sunt jure ecclesiastico indulta, præter sponsalia priora, & votum, quæ jure naturali & divino obligant idem servare, illa homini, hoc Deo. n. 13.
 15. Stantibus impedimentis solum impedientibus in suo robore, verus est in illis positi Episcopum dispensare, exceptis impedimentis sponsalium, & voti. n. 15.
 De singulis impedimentis, tam impedientibus, quam dirimentibus, insipientibus est, antiscusque titulus: in quo de illis sigillatim agitur.

Impotentia.

1. Impotentia est vitium naturale, aut accidentale, impediens coitum, & potest conflingere ex causa intrinseca naturali, ut ex viri frigidityte, aut ex femine arctitudine: frigiditytas autem reddens conjugem impotentem, solum viro accidit, quod mas sit agens in generatione, femina vero solum patitur, l. 7. d. 92. n. 1.
 2. Impotentia potest ex causa extrinseca accidentaliter etiam provenire, ut ex maleficio, quod utriusque locum commune est: aut ex castratione, quæ viris est particularis: rursus alia est impotentia ad copulam, alia vero ad solum generationem quæ vocatur sterilitas: deinde impotentia quædam est perpetua, quædam temporalis: tandem impotentia perpetua, quædam est absoluta respectu omnium; quædam vero respectiva respectu hujus, vel alterius similis. ibidem.
 3. Impotentia perpetua ad copulam, reddit irritum subsequens matrimonium; secus de temporali, quando a conjugio potenti est tempore contractus licita; sed hæc limitatio respicienda est: & absolute decemdam impotentiam temporalem quantumvis ignoratam ab altero minime obitare valori matrimonii. n. 2. 3. & 4.
 4. Si concubus ita impotentia temporalis durante ea matrimonium inerat, nullus culpa reus est ex natura rei; at potest esse ratione deceptionis conjugis potentis, quando diu duratura esset impotentia, & non ei detegeretur. n. 5.
 5. Impotentia coeundi, quæ non est vera impotentia, sed solum maxima difficultas, non dirimit matrimonium, ut si potest esse vera committio, sed cum maxima difficultate, & periculo arctitudine. n. 6.
 6. Ad valorem matrimonii non satis est potentia vas femineum penetrandi, sed desideratur potentia feminandi intra illud: quare potens coire, impotens tamen perpetuo ad semen emittendum intra vas, vel qua nullo modo feminat, vel qua præ nimio calore, ita præpropere, ut vas penetrare nequeat, est incapax matrimonii, si id vitium ita sit perpetuum, ut nulla medicinæ ope tolli possit. n. 7.
 7. Valeret matrimonium si vir feminare posset intra vas, ac femina capax esset seminis virilis recipiendi, quamvis ea impotens esset ad feminandum; quia juxta principium philosophicum semen femineum non est practico ad generationem necessarium, quamvis valde conferat: tamen sentientes id esse necessarium, quod & probabile est; dicant quoque eam feminam esse matrimonii incapacem. n. 9.
 8. Non censendum est matrimonium nullum, si vir non totum semen possit intra vas fundere, sed partem, quod ea feminis pars intra vas recepta, sufficiens sit ad consummandum matrimonium. n. 10.
 9. Si femina tam arcta esset, ut non posset semen intra vas recipere, nec arte aliqua juvari posset, incapax matrimonii foret: idem dicendum si præ latitudine, aut alia latenti arctitudine cognoscit minime posset a viro: secus dicendum si femina recipere posset semen intra vas, quamvis semel susceptum retinere nequeat, tunc enim valeret matrimonium. n. 11.
 10. Certissimum est sterilitatem nil obesse valori matrimonii; quia nunquam auditur esse Ecclesiam dissolvit aliquod matrimonium ratione sterilitatis. n. 26.
 11. Quando femina non potest parere absque manifesto mortis proprie periculo, & cum tamen apta copulæ sit, quidam sustinent ea impotentia matrimonium dirimi; sed quamvis hoc sit satis probabile, probabilis tamen est matrimonium illius femine fore validum. num. 27. & 28.
 12. Si mulier potens sit ad reddendum debitum, tali-

Aa ter

ter tamen affecta est ut certum sit fore ut filios omnes mortuos sit editura, valeret matrimonium. n. 29.

13. Quidam negant dari aliquam impotentiam naturalem respectivam, ac perpetuam dirimentem matrimonium respectu quous, tantum, aut alterius femine; tamen quamvis id sit probabile, multo probabilius est, eam posse dari; quia stat mulierem tam arctam naturaliter esse, & virum ita pinguem ut illius membrum virile nequeat vas femine ita arctare, cum tamen virile aliis feminis non ita arctis idoneus sit. l. 7. d. 93. n. 2. 3. 5.

14. Quando propter membri virilis excessum, vel prostratum impeditur copula cum certa femina, nec id impedimentum potest medicinis auferri, impediatur, ac irritabitur matrimonium cum illa, respectu cuius est impedimentum. n. 4.

15. Illa impotentia censetur perpetua, quae nulla arte humana absque corporali periculo, aut quae solo miraculo auferri potest. n. 7.

16. Matrimonium initum cum ita impotenti viro, aut cum muliere sic arcta, ut illi defectui absque miraculo subveniri non possit, est tanquam irritum dissolventum, etsi ante dissolutionem cessant jam per miraculum impotentia illa. n. 8.

17. Censetur impedimentum perpetuum, ac proinde dirimitur matrimonium ratione illius, quando nequit auferri per opus humanum absque peccato; cum id solum dicatur posse, quod licite praestare possumus. n. 9.

18. Arcta femina respectu unius viri, praesumitur talis respectu omnium, & cognoscibilis ab uno, praesumitur ab omnibus cognoscibilis: sed haec praesumptio non est iuris, & de iure, sed juris tantum, ac proinde recipit probationem in contrarium, ob virorum dissimilitudinem in instrumentis generacionis, aetate, aut robore; & ut haec praesumptio elidatur, oportet notabilem dissimilitudinem in viris reperiri. n. 11. 12. & 13.

19. In dubio an femina fuerit cognoscibilis a priori viro, sicut fuit a posteriori, secundum aliquos standum est ex iuris praesumptione, ut praesumatur potuisse eam feminam a priori viro cognosci, ac proinde prius matrimonium iudicandum est validum, & instaurandum, si iam dissolutum est; melius tamen alii apud oportere aperte consistit de dissimilitudine inter utrumque virum, ne praesumatur prius matrimonium validum, ac restaurandum sit. n. 14.

20. Si iudicio medicorum impedimentum impotentiae medicabile sit absque corporali periculo, quamvis femina renuat incisionem, aut medicamenta necessaria, quibus apta reddatur viro, firmum erit matrimonium: quia impotentia non est perpetua, sed temporalis. n. 15.

21. Quidam censent nomine corporalis periculi in iure, intelligi, mortem ipsam, & ideo si impedimentum tolli revera possit superflua persona, etiam cum mortis periculo, non irritari matrimonium; alius placet intelligi periculum probabile mortis, aut gravissimi morbi, quod est probabilius. n. 16. 17. & 18.

22. Si potentia ad copulam opo medicinae restituta brevi temporis spatio, arbitrio iudicis limitandum, duratura sit, postea defutura, censetur nihilominus adhuc perpetua, & matrimonium dirimens. n. 19.

23. Quando impotentia non potest subveniri absque vitae periculo quamvis mulier velit id subire periculum, ut apta reddatur viro, non tenetur vir id expectare, sed potest matrimonium dissolutionem petere, atque ad alias nuptias transire, n. 20.

24. Matrimonium initum cum femina, quae per incisionem periculosam potest reddi apta virili congressui, nec experientia docuit dicto periculo carere, est irritum, si ante incisionem inaeatur, quare, ut facta incisione incipiat valere, desideratur novus consensus, aut saltem perseverantia in priori, ut sic ex tunc valere incipiat. n. 23.

25. Quando vir ita debilis est, aut senex ut virgineum vas penetrare nequeat cum possit corruptae, si ope medicinae absque mortis periculo possit subveniri feminae virgini, ut apta reddatur congressui illius viri imbecillis, non censetur impedimentum perpetuum, ac proinde matrimonium cum tali virgine initum, est validum. n. 24. 25. & 26.

26. Eo ipso quod vir impotens sit ad virginem, potens autem ad corruptam, praesumitur fore ut longo usu ope medicinae sit potens ad virginem, & iudicabitur validum matrimonium cum virgine; haec autem praesumptio non est ita concludens, quin oppositum evenire possit. n. 27. & 28.

27. Si vir ad virginem impotens, non probet se potenter ad corruptam, succumbet, & dissolvitur matrimonium; quia in dubio impotens ad unam, praesumitur talis ad omnes. n. 28.

28. Non licet viro impotenti ad virginem, potenti autem ad corruptam, propria autoritate instrumento aliquo ligneo, aut ferreo, ad id apto, digitive clausura huiusmodi virginis a se ductae referare, ut vel sic matrimonium consummare possit; & si probabilis timor sit fore ut id intenet, separanda est mulier, ac in locum tuto constituenda donec illi decidatur, aut plena se-

curitas detur; tamen D. Thomas & quidam ejus sequaces, id licitum putant cum medicinaliter sit. n. 29.

29. Quando mulier naturaliter propter ceteris est arcta, & iudicant medici reddi apta per incisionem absque mortis periculo, tenetur patri incisionem illam cum molestia, & gravi dolore, & caetero faciendam; at gravissimum morbi incommodum non tenetur perpetui: quamvis quidam dicant teneri pati incisionem ubi non imminet grave periculum mortis. n. 30. 31. & 32.

30. Quando solum est naturale virginitatis impedimentum, Petrus de Ledesma sustinet non teneri feminam medicamentum ullum admittere, quamvis eo admisso possit absque periculo reddi apta viro; haec doctrina Auctori non placet, quia cum verum sit matrimonium, jus sui corporis transiit in virum; ergo ubi potest absque magno incommodo se aptam reddere viro, tenetur; & hoc verum quoties potentia viri cum corruptis esset manifesta. n. 33. 34. & 35.

31. Si femina nolit incisionem pati, five quia non vult, five quia ad eam patiendam non tenetur, cum matrimonium tunc validum fit, & nulla sit spes fore ut vir femineum vas penetrare valeat, experientia triennii jam habita id demonstrante, licet ubi tactus absque pollutionis periculo non tamen copula, n. 36.

32. Quoties matrimonium dissolvitur ob utriusque conjugis perpetuum impedimentum, utriusque aliae nuptiae interdicendae sunt; si vero ob alterius tantum impedimentum illi interdicuntur, concessa non impedimento affecto licentia ad alias nuptias transeunt. n. 37.

33. Quibusdam placet matrimonium fore validum quando contrahentes non later impotentia perpetua alterius vel utriusque; ceterum tanquam verissima sententia est sustinenda nisi referre five sciat viri ignoretur, a contrahentibus impotentia coeundi perpetua, & ita in utroque eventu matrimonium esse irritum, quia illa conjunctio repugnat mutuae corporum traditioni ad ulum conjugalem, in quo matrimonium essentia consistit. l. 7. d. 97. n. 1. & 2.

34. Quando initio matrimonium contractum est bona fide, si postea detecta impotentia & matrimonium nullitate voluerint contrahentes se permanere tanquam fratres, potest permitti: at his non liceret tactus qui solutus interdicuntur; unde quando incontinenter vivunt vacando tactibus, aut in eodem lecto dormiunt, ad Episcopum pertinet eos separare. n. 4. & 5.

35. Iudex Ecclesiasticus non potest his taliter impotentibus, volentibus instar fratris & fororis cohabitando permanere, & denegare hanc cohabitationem, quia habent pro se iuris praesumptionem, quoad non incontinenter vivunt. n. 7.

36. Quando post matrimonium contractum constat jam de impotentia, nec possunt continere ut fratres vivere, tenentur reclamare ut auctoritate Ecclesiae dissolvatur matrimonium; quod si scandalo cessante separari possent, ad id non tenentur, & possent tunc propria auctoritate separati vivere. n. 8.

37. Impotens qui lux impotentem conjugem decepti feminam, ipsam ducens, secundum mulierem tenetur eam ut fororem habere, & alere, quia suam non debet ei patrocinari, imo affirmat id esse verum quamvis potens iam ad alias nuptias transierit; sed verus est in iure id non esse praecipuum. n. 9. & 10.

38. Quando conjuges ambo tempore matrimonii norunt impotentiam, quorundam opinio est eos teneri tanquam fratres convivere, ac ad alimenta, ita ut neutri liceat altero invito resiliere; verum adhuc verius est ad id non teneri, quia jus permittit, non praecipit sic conjunctos manere tanquam fratres. n. 11. & 12.

39. Quando ab initio cognita impotentia volunt vir & femina non vero matrimonium copulari, sed quoddam societatis vinculum inire, quo simul habitantes ad mutua se ipsos obsequia obligent, ut femina inerviat viro, & hic illi alimenta ministret, dicendum est id licitum esse, dummodo periculum incontinentiae non subit. n. 13.

40. Si vir potens confederatione facta transeat ad aliud matrimonium, renegetur feminam illam, cum qua id pactum inuit, alere, sicut & ipsa tenetur ei inervare. n. 14.

41. Quorundam Doctorum sententia est, impotentiam perpetuam ad copulam solo jure ecclesiastico dirimere matrimonium, sed verissima sententia sustinet, jure naturali dirimi matrimonium per huiusmodi impotentiam; quia carens perpetuo potentia ad copulam conjugalem habendam, non potest tradere alteri potestatem ad eam actum. l. 7. d. 98. n. 1. & 2.

42. Jure naturae dirimitur matrimonium, quando vir non est omnino frigidus, ut quia verum semen emittit, at praenimo calore statim semen spargit extra vas, aut ex indubita membri figura, aut debilitate non potest intra vas seminare, nec his morbis aliqua modica arte succurri potest. n. 4.

43. Impotentia perpetua, quae non est absoluta respectu omnium, sed tantum respectiva ad aliquam personam, cum illa persona ad quam est; jure naturae dirimit matrimonium. n. 5.

44. Inter infideles est etiam matrimonium irritum ob impotentiam ad copulam conjugalem impedimentum, quia illud ex jure naturae proficitur, etiam ipsos infideles liganti. n. 7.

45. Dissoluto matrimonio ratione frigiditatis viri, si is ad aliud transeat, statim est posterius hoc matrimonium dissolvendum, absque alia probatione; quod cum ille per Ecclesiam leventiam declaratus sit frigidus, fiat praesumptio inepititudinis ad matrimonium contra illum. l. 7. d. 99. n. 6.

46. Ut restitueretur prius frigidum matrimonium tanquam validum, nec sufficit, nec desideratur frigidum ad alias nuptias transiisse, sed legitime probandum est eum posteriores nuptias consummasse, aut fornicatum fuisse. n. 7.

47. Si uxor a frigidis separata jam alii nupserit, nulla est illi intentanda lis de valore posterioris sui matrimonii, sed pacifice in eo relinquenda, donec legitime probatum sit frigidum consummasse posterius matrimonium, aut fornicatum fuisse. n. 9.

48. Mulier a frigidis separata, ac secundo nupta, potest petere ac reddere debitum. n. 10.

49. Si mulier a frigidis separata nondum secundo nupta sit, veliteque nubere, deneganda est illi licentia doctificiatur, an maritus separatus ob frigiditatem consummarit cum posteriori uxore, ut sic instauretur prius matrimonium. num. 11.

50. Nec in foro conscientiae permittendum est huic feminae a frigidis separata, alteri nubere, donec discutatur an prius matrimonium instaurandum sit, quia periculum exponit posteriorem virum, ut illud maneat. n. 12.

51. Probatio consummationis posterioris matrimonii, seu copulae fornicariae frigidis, ut vel sic instauretur prius matrimonium, habetur; si accedat confessio utriusque conjugis de copula habita, & cum mulier effert virgo, ut praesumitur, reperitur per aspectum corrupta, vel si conceperit ac in membro viri nullus defectus frigiditatem denotans patet: copula vero fornicaria probatur diversis feminis, cum quibus is frigidus fornicatus est, id testantibus; cum sint testes oculati, & quamvis sint singulares, & de propria turpitudine deponant, sufficient in re tam difficultis probationis. n. 13.

52. Quoties femina ratione arctitudinis separata a priori viro, cognoscitur ab alio copula conjugali, aut fornicaria, juxta veriorum sententiam attendendum est an sit dissimilitudo inter utrumque virum in complexionem, & instrumentis generacionis, ea existente, non est instaurandum prius matrimonium, secus si ea dissimilitudo non sit. n. 15. & 16.

53. Quando femina absolute & omnino arcta iudicata est respectu omnium, & ideo dissolutum est prius matrimonium, statim separanda est a posteriori matrimonio; quod cujuslibet matrimonii incapax declarata sit. n. 17.

54. Si impotentia fore arctitudo feminae non absoluta, sed respectiva iudicata est; non est separanda a posteriori matrimonio, quare nisi constet virum qui illam cognovit esse similem priori, vel absque vitae periculo potuisse apari, non separandum erit posterius matrimonium ac instaurandum prius. n. 18.

55. Ut habeatur probatio posterioris copulae cum femina iudicata omnino arcta, & ob id a priori matrimonio separata; illa constare potest ex inspectioe utriusque viri, an sint similes aetate, robore naturali, & ex inspectioe feminae, ac testimonio medicorum iudicantium an potuerit reddi apta viro absque mortis periculo. n. 19.

56. Si mulier allegavit virum impotentem nulla specialis impotentiae causa expressa, & vir post separationem matrimonii ad aliud transierit, non statim ac consummatur posterius matrimonium a viro illo, est prius instaurandum, donec causa impotentiae discutatur. n. 27.

57. Quamvis pars non teneatur allegare causam impotentiae, sed satis fit si impotentiam in genere alleget, iudex tamen tenetur eam explicare in sua sententia, & explicitè discutere. n. 29.

58. Iudex declarans prius matrimonium validum fuisse, ac instaurandum, injungere debet simul perjuriam perjuriam conjugibus, dum in separatione impotentiam jurant. num. 30.

59. Cum femina a viro separatur ratione arctitudinis, si postea cognoscatur ab alio, praesumit Ecclesia falsam fuisse arctitudinis allegationem, & ideo secundum veriorum sententiam, semel tantum restitenda erit prior viro, quae cum eo triennio remanebit, & si eo tempore cognoscatur, firmum erit prius matrimonium, si autem eo triennio cognosci nequeat ab illo, praesumetur saltem cum virum esse maleficiatum respectu illius ac impotentem ad illam, & proinde in perpetuum declarandum erit prius matrimonium irritum; firmum autem posterius. n. 31. 32. & 34.

60. Durante triennio experientiae, priori viro concessio ad experiendum, an possit feminam cognoscere, interdicendum est posteriori viro cum illa nupserit transire ad nuptias: quod si triennio transacto non potuerit cognosci a priori viro cum fuit restituta, reddetur posteriori, ac declarabitur prius matrimonium irritum

fuisse, & posterius validum; atque dissolvetur aliud, quod hic secundus vir contraxerat. n. 36.

61. Si tempore quo invenitur deceptio Ecclesiae circa dissolutionis matrimonii sententiam, alteruter conjux sit jam profectus, aut profecti velit, nulla restitutio est facienda, quod prius matrimonium non consummatum dissolutum sit per professionem, aut per illam dissolvi possit. n. 37.

62. Si virgo quam Ecclesia arctam iudicavit, nunc experientia invenitur apta priori viro salva integritate receperit semen illius prioris viri intra vas, quacumque arte aut matrice atrahente, Henriques putat matrimonium consummari, & ita minime dissolvi professione: persuadet tamen sibi Auctor adhuc non consummari, quia valor matrimonii non potest pendere ex casu raro, ac fortuito. Ibidem.

63. Si conjux relictus in saeculo post alterius professionem ad aliud transiit matrimonium valebit, quamvis constet postea impotentiae falsitas, ac subinde vult prioris matrimonii: secus si ante professionem, tunc enim hoc posterius matrimonium erit irritum, nisi altero jam professo perficatur novo consensu, cogita eius nullitate. n. 38.

64. Quando uxore manente in saeculo vir jam sacris est initiatus, omnes fatentur detecto errore sententiae quae prius matrimonium dissolvit, virum restitutum esse uxori repenti, modo uxor fornicata non sit, quia matrimonium non est dissolutum: vir autem sic restitutus, licet teneatur debitum reddere, verius tamen est non posse petere. n. 39. & 40.

65. Ratione fornicationis admittit a conjugis praesumptio impotentiae, & ob id separato, licet alteri, si innocens sit, celebrare divortium quoad thorum & habitationem, quamvis errore prioris sententiae detecto restaurandum sit matrimonium quoad vinculum. l. 7. d. 101. n. 3.

66. Si conjux potens nondum certior factus de falsitate impotentiae alterius conjugis per sententiam a se separati fornicetur, non potest ille repelli ratione huius fornicationis conjugis eximato impotente, quando postea detecta impotentiae falsitate instauratur prius matrimonium quamvis impotens sit innocens, quia mirum absque copula falsitas impotentiae per incisionem deprehensa est. num. 4.

67. Fornicatio conjugis impotentis non compensatur fornicatione potentis, quia non sunt paria delicta; praesumitur enim adulterium fornicatio conjugis impotentis, delictum autem potentis est simplex fornicatio. n. 7.

68. Quando vir ab alio matrimonio separatus frigiditatis aliud inuit, id consummans, licet uxori prioris divortium celebrare quoad thorum, sit instauratur, quia ea copula est adulterina: tamen si mulier fraudulenter falsa sit cum viro ejus frigiditatem, aut frigidus ipse ad aliud matrimonium transiens dolore careret, non liceret uxori divortium celebrare. n. 8. 9. & 10.

69. Mulier ratione omnimodae arctitudinis a viro separata; potest a viro postea quoad habitationem ratione copulae habitae cum posteriori viro cum nupserit; nisi vir fraudis fuerit conscius, aut ipsa dolo carerit. n. 11. & 12.

70. Quando matrimonium ob solam impotentiam restitutum separatum est, neuter contrahentium potest obicere alteri fornicationem, aut alterius matrimonii consummationem ad divortium celebrandum; quando postea detecto errore prioris sententiae instauratur prius matrimonium. n. 13.

71. Matrimonium ratum licet non sit consummatum (quamvis quidam oppotium probabile putent) minime dirimitur per quamcumque impotentiam supervenientem sicut & consummatum. l. 7. d. 102. n. 1. 2. & 3.

72. Quando impotentia sola veri feminis effundendi supervenit matrimonio, ut quia vir castratus, culpa vacat petere, aut reddere debitum, quia vir jure suo utitur vacans actui conjugali, quem matrimonium permittit, & sic obtinetur finis matrimonii secundarius, nempe ardorem concupiscentiae sedare. n. 6. & 7.

73. Quando femina experientia didicit se require prolem vivam edere, consilium viri peritissimum visum est licere his conjugatis petere, & reddere debitum; quia melius est puero sic esse cum originali culpa, & carentia visionis Dei, quam omnino non esse. n. 8.

74. Quando femina nequit parere fetum vivum absque propriae vitae periculo gravi, licet possit, at non tenetur neque petere, neque reddere. n. 9. 10. & 11.

75. Quando mulier certa est de viri impotentia, eo quod triennium cohabitationis jure praescriptum ad experiendum transierit, nec illam probare potest viro negante: nec potest consistere per inspectionem quod ipsa virgo non sit, & vir integra membra habeat, neuter potest petere, nec reddere, quia id matrimonium est irritum. num. 12.

76. Impotentia ex morbi statu confluenta, ut quia contrahens est in articulo mortis, non irritat matrimonium sed est validum; habetque vim legitimandae professionis; & hoc verum quamvis in aetate decrepita constitutus tunc contrahat. l. 7. d. 105. n. 1. ad 6.

77. Triplicia sunt impotentiae signa, quaedam necessario & evidenter concluduntur impotentiam, alia verisimiliter evidenter, & alia dubia, ac praesumptive probantia. l. 7. d. 107. n. 2.

78. Quando signa necessaria & evidenter impotentiam concludunt sine viro, sive femina, nulla temporis mora expectata, est matrimonium dissolvendum: est communis sententia. n. 3.

79. Quando signa non sunt omnino certa, & evidenter, sed verisimiliter evidenter impotentiae, non desideratur triennium experientiae, at exigitur juramentum conjugum alicuius se non posse coire, & septima manus propinquorum jurantium se credere eos verum fieri. num. 4.

80. Signum evidens impotentiae est, ut nec triennium, nec juramentum propinquorum desideretur, quando virilia omnino amputata sunt, vel si vir utroque testiculo careat: item si membrum virile sit omnino sicum: si autem non sit omnino aridum, sed taliter ut medicus iudicet non esse certam, & evidentem impotentiam, tunc non est expectandum triennium, sed erit exigendum juramentum conjugum, & septimae manus propinquorum. n. 5. & 6.

81. Secundum aliquos signum omnino evidens impotentiae ita ut nec triennium, nec praedicta juramenta petantur, est, quando mulier est arcta, sed aliis placet arctitudinem non esse signum omnino certum, sed evidens tantum verisimiliter, & ideo censent non exigi triennium, bene tamen dicta juramenta; intellige, nisi mulier ita arcta esset, ut cohibet insipienti clare liquere possit, eam non esse capacem alicuius instrumenti virilis. n. 7.

82. Signum evidens, & omnino necessarium impotentiae est, ita ut nec triennium nec juramenta propinquorum necessaria sint, si vir ab alio matrimonio sit ratione frigiditatis per sententiam separatus. n. 8.

83. Quibusdam placet, ut dissolvatur matrimonium quando uterque conjugum alterius impotentiam fatetur, non esse opus triennio experientiae, sed tempus quoddam arbitrarium sufficere ut unius mensis, aut trium, aut anni, & juramentum utriusque conjugis, ac septimae manus propinquorum; at multo verius est quamvis uterque conjugum fatetur impotentiam, ubi ea non est certa, desiderari semper triennium experientiae iure concessum. l. 7. d. 108. n. 3. & 5.

84. Quamvis utroque conjugum fatente impedimentum, ac triennio elapso sanum consilium sit, facere conjuges iuspi; at id non est necessarium. n. 6.

85. Ultra triennium illud experientiae, desideratur & juramentum utriusque conjugis fatentis impedimentum, ut septima manus propinquorum iure, vel vicinorum bonae famae, si propinqui defuerint. n. 7.

86. Juramentum hoc septimae manus propinquorum sic accipiendum est: ut si uterque conjugum fatetur impedimentum, quislibet conjugis, septem consanguinei iurent; vel eius deficientibus septem vicini quislibet, & ita debeat esse quatuordecim: quod si tot testes haberi nequeant, sufficientes pauciores arbitrio iudicis: imo si defint consanguinei, & vicini; debeat assumi alii testes bonae famae, & omni exceptione maiores. n. 11. 12. & 13.

87. Quando mulier fatetur impedimentum, & vir negat, nec illa matrimonii initio proclamavit, minime audienda est proclamans adversus matrimonium, sed ejus petitio rejicienda est, ac fides adhibenda viro fatenti si consummasset matrimonium: tunc autem dicitur non initio matrimonii proclamare sed fere, quando transacto bimestri proclamatur. l. 7. d. 109. n. 2. & 3.

88. Si uxor per certa signa ostendere viri impotentiam velit, tunc cupisvis temporis lapsu minime obstanti audienda est: item si uxor per aspectum probet se non cognitam a viro, ut quia reperitur virgo a matronis illam aspicientibus: tunc potius crederetur uxori neganti copulam, quam viro affirmanti. n. 5. & 6.

89. Mulieri asserenti se cognitam a viro potius credendum est, quam viro neganti; quia stat pro matrimonio, & dum illa sit rea, absolvenda est, dum vir non probaverit contrarium; tamen si vir convincat eam per aspectum corporis esse virginem, potius viro esset adhibenda fides. n. 9.

90. Haec mulier sero proclamans audietur post triennale habitationem, ac separabitur matrimonium si per aspectum probet se virginem; accedatque juramentum septimae manus propinquorum testantium ipsi verisimile esse eam verum deponere. n. 12.

91. Quando mulier erat corrupta tempore contractus matrimonii, nec initio ipsius proclamavit, nec per aspectum viri cognoscit potest, sit vir frigidus necne; aliis quibus placet cogendum virum sustinere, ut peritae matrone hoc inspiciant tempore coitus; quia etiam res haec turpissima sit, sustinenda est ob rem tanti momenti, quanti est cognitio valoris matrimonii: tamen Sotus cum aliis docet turpissime adhiberi testes oculos, & ita rem hanc ut referendam ad testes ex audita. n. 15.

92. Si mulier quae tempore matrimonii virgo erat, statim proclamatur allegans viri impotentiam, nempe, post mensem, aut bimestre, audienda est, quamvis vir

impotentiam neget, & si ea probetur per rectum iudicium, dissolvatur matrimonium: at in hoc eventu requiritur inspectio conjugum, ut iudicent merito qualia frigiditatis signa in viro sint, & matronae, an mulier nondum cognita sit. n. 16. & 17.

93. Quando mulier initio matrimonii proclamans erat tempore contractus corrupta, quibusdam videtur posse tunc dissolvi solo juramento uxoris, & septem propinquorum ejus cum aliquibus signis impotentiae viri: at hoc displicet Auctori quia ius petit impotentiam viri per rectum iudicium probari, quod fit per aspectum numero 18.

94. Haec tunc dicta de muliere alleganti impotentiam viri, & ob id petenti matrimonium dissolvi, accipienda quoque eodem modo sunt, quando viri proclamatur contra matrimonium ratione arctitudinis feminae. n. 20.

95. In impedimento frigiditatis triennium computatur a die copulae intentatae, nec oportet id triennium assignari a iudice, nec prius penitentiam peragi: idem prolixius censendum est in malefici impedimento lib. 7. disp. 110. num. 4. & 5.

96. Quando prius matrimonium ratione impotentiae existimatae instauratur, eo quod Ecclesia inveniat ledeceptam, debet a die restaurations, & novae copulae numerari alium triennium. n. 7.

97. Quando conjugum nondum est adeptus plenam pubertatem, ad experientiam impotentiam, triennium iure concessum a die plenae pubertatis est computandum; licet quidam opinentur adveniente plena pubertate, si alter conjugum inisset ut dissolvatur matrimonium ratione impotentiae, id dissolvendum esse. n. 8. 9. & 10.

98. Quorundam sententia est triennium experientiae impotentiae conjugis debere esse continuum; ceterum absque dubio dicendum est non desiderari id tempus esse continuum; quia verba in decretis civili modo, & possibilibus ac iuxta indigentiam subiectae materiam capienda sunt: imo nulla triennii illius, nec moralis desideratur continuitas. l. 7. d. 111. n. 1. & 2.

99. Ut triennium censatur completum, quidam videntur sentire satis esse vacare copulae, ac habitare majori parte anni quislibet ex illo triennio: alii censent id tempus quo conjugum in infirmitate, aut aliis negotiis detentus non cohabitavit, copulae vacans, suppletum esse alio tempore cohabitacionis, ut vel sic triennium compleatur: at dicendum est sufficere cohabitare triennio sumpto morali modo, ut communiter solent cohabitare conjuges. n. 4. 5. & 6.

Incestus.

1. Incestus admittitur a viro cum consanguineis suae uxoris, & e contra impedit, non tamen dirimit matrimonium. l. 7. d. 15. n. 1. & 2.

2. Nec tantum ipsis conjugibus, incestus hujusmodi reis interdicitur alium matrimonium, sed etiam illis consanguineis conjugum, cum quibus alter conjugum incestum admittit. n. 3.

3. Hoc impedimentum incestus extendebatur attentio iure antiquo communi usque ad quartum gradum, ita ut conjugum incestum admittens cum consanguineis alterius conjugis intra quartum gradum, incurret hoc impedimentum: at hodie cum Tridentinum restringerit affinitatem ex fornicatione ortam, ad secundum gradum, inde est ut hoc impedimentum sit quoque restitutum, & non oriatur hodie nisi ex incestu cum consanguineis conjugis intra secundum gradum. n. 4.

4. Quidam negant impedimentum incestus oriri ex copula cum consanguineis sponsae, vel sponsae de futuro; sed tenendum est ex hac copula oriri impedimentum, quod secundum veriorum sententiam non est perpetuum, sed temporale, nimirum, dum vivit complex delicti cum quo incestus ille contra publicam honestatem admittitur. n. 5.

5. Incestus cum affini nullo subsistenti matrimonio, praestat impedimentum perpetuum matrimonio contrahendo. n. 7.

6. Hoc impedimentum minime oritur ex incestu cum cognata legali, vel spiritali, quod nec is proprie incestus sit. n. 8.

7. Non contrahitur hoc impedimentum, si incestus ignoranter admittitur sit, item si femina a consanguineo marito violenter sit cognita: item si copula incestuosa non sit consummata intra vas legitimum feminae emittente viro semen; & secundum aliquos si mortuo conjugum perpetratur, & occultus sit incestus. a. n. 9. ad 14.

8. Affirmant multi incestum cum propriis consanguineis impedimentum matrimonio contrahendo praestare; verum probabilius est hujusmodi incestum minime impedire matrimonium quod hoc fit poena, & ideo restringendum. n. 15. & 16.

9. Circumstantia incestus diversae speciei & simplicis fornicatione est, & necessario explicanda in confessione, si quis accessum habeat carnalem ad eam cum qua nequit inire matrimonium ob impedimentum consanguinitatis, vel affinitatis l. 7. d. 5. n. 8.

10. Luxuriae circumstantia diversae speciei, ac necessario

v. Confessio
v. Debitum
v. Affinitas
v. Index
v. Metus
v. 71. C.
v. Legatum
v. Quinquagesima
v. 79.
v. 109.

ratio fatenda est, si quis rem habeat cum cognata spiritali, in eo gradu in quo hac cognatio matrimonium dirimit, quia reductive est incestus. n. 9.

11. Concubitus cum cognatis legalibus reducitur ad incestum, & addit malitiam specificam necessario fatendam. num. 10.

12. Si quis accessum habeat cum consanguinea sponsae propriae de futuro in primo gradu; contra publicam honestatem impedimentum dirimens in eo gradu matrimonium reducitur ad incestum, etque diversae speciei a simplicis fornicatione necessario explicanda. n. 11.

13. Si postquam duo consanguinei aut affines obtinuerint dispensationem ad inendum matrimonium copulam habeant, talis accessus, si Ordinarius cui commisit Pontifex nondum dispensavit, est incestuosus; & si contraherent matrimonium, foret irritum. l. 7. d. 67. n. 9.

14. Si post dispensationem Ordinarii ante contractum matrimonium inter hos affines, vel consanguineos habeatur copula, quamvis quidam sentiant adhuc esse incestum, quia solum Pontifex dispensat ad effectum matrimonium; tamen multo probabilius est nec dicam certum, nullum esse incestum. ibidem.

15. Accessus ad consanguineam ejus intra tertium gradum, cum qua prius idem fornicatus fuerat, secundum aliquos est adhuc incestus, sed contrarium est omnino certum, cum Trident. affinitatem ex fornicatione consequentem ad secundum gradum restringerit. num. 7. & 8.

16. Incestuosus conjugum cum alterius conjugis consanguineo, aut consanguinea, si incestus fit intra vas consummatus, nequit petere debitum, at tenetur reddere; nec referit incestus ille occultus sit an publicus. l. 9. d. 27. n. 1. & 2.

17. Privatur iure petendi conjugum qui minime contraxit affinitatem per copulam a se habitam, at consentit ut alter conjugum per copulam iniquam contraheret. num. 2.

18. Quidam extendunt impedimentum hoc petitionis debiti, si conjugum rem habeat cum affinis alterius conjugis, vel cum femina cum qua habet publicae justitiae impedimentum, sed neutrum est verum, quia textus non loquitur nisi de copula incestuosa cum consanguineis alterius conjugis, ex qua oritur affinitas. n. 4.

19. Afferunt nonnulli conjugum incestuosum cum suis consanguineis interdicti debitum petere; at omnino dicendum est non interdicti debitum petitionem. n. 6. & 7.

20. Non proderit incestuosum cum consanguineis proprii conjugis, esse juvenem, & incontinentiae periculo expositum, quo possit absque dispensatione petere debitum, sed ea erit falsa dispensandi causa: idem dicendum, si conjugum qui cognationem spiritali contraxit fit juvenis. a. 8.

21. Peccat lethaliter hujusmodi incestuosus, si absque dispensatione petat debitum, quia contravenit praepcepto Ecclesiae in re gravi. n. 9.

22. Attento iure antiquo persona carnaliter cognita a conjugum, debebat conjuncta esse alteri conjugum intra quartum gradum, ut conjugum ille incestuosus a debiti petitione arcendus esset. n. 12.

23. Probabiliter quidam sentiunt ius antiquum adhuc hodie manere illatum, ac proinde cognoscendum carnaliter consanguineum alterius conjugis usque ad quartum gradum non posse a proprio conjugum debitum petere; multo tamen probabilius est correctum esse in hoc ius commune per Tridentinum, atque ita copulam habitam cum consanguineis alterius conjugis ultra secundum gradum minime impedire debiti actionem; quia impedimentum hoc non tam ex incestu, quam ex affinitate inde contracta oritur. n. 13. & 14.

24. Si uterque conjugum affinis effectus sit per copulam cum alterius consanguineis mutam, aut si uterque cognationem spiritali contraxerit, ut alterius causa, vel consensu ea affinitas, ac cognatio ab altero contracta sit, quidam censent in hoc eventu utrique licere debitum exigere, facta hinc inde compensatione; ceterum iure optimo hanc compensationem improbant alii, quare dicendum est utrique conjugum cognationis affinitative impedimento innodato, interdicti debiti petitionem. l. 9. d. 28. n. 1. & 2.

25. Si non ex malitia atque animo defraudandi conjugum, uterque in id impedimentum cognationis, aut affinitatis, culpa tamen utriusque incidit, neuter tenetur, nec licite potest alteri debitum reddere. n. 5.

26. Si uterque conjugum malitiose fecit animo alterum debito conjugali defraudandi, quamvis uterque a iure petendi cadat, & petendo delinquat, at alteri petenti tenetur reddere. n. 6.

27. Quidam censent conjugum qui matrimonio inito ante illius consummationem, affinitatem cum suo conjugum contraxit, peccare mortaliter dum prima vice reddit, cum incestum committat, atque ita nisi dispensationem illius impedimenti impetret, teneri religionem ingredi ut evitet debiti redditionem: sed quamvis haec sententia non sit improbabilis, dicendum tamen est nullo modo teneri religionem ingredi atque ita

posse matrimonium consummare reddendo. lib. 9. disp. 29. num. 1. & 2.

28. Certissimum est, nec in affinitate, nec in cognatione desiderari aliquam iudicis sententiam, sed statim privari conjugem potestate debiti petendi. l. 9. d. 30. n. 2.

Indi.

1. Ibi est usus ut apud Indos explicandi consensum in matrimonium de praesenti, per verba de futuro; satis sunt ea verba futuri ad matrimonium: & apud ipsos ratione usus sufficiunt haec verba ad sponsalia, sepeliam te cum mortuis. Ad matrimonium autem fufficit uno dicente, ducam te, & alius respondet, fuffice & ego ducam te, & statim sequatur traductio in domum & copula: ratio est, licet ex natura rei, haec non sint sponsalia, quia non est promissio determinata, at ex usu & ipsorum consuetudine per illa verba satis explicatur animus l. 1. d. 18. num. 3.

2. Indi dum matrimonium inenat, non solent ipsi verba proferre, sed eorum nomine gubernator: ex patriae consuetudine signum externum sufficiens est ad exprimendum consensum internum, dum ipsi praesentes sunt, & tacent. l. 1. d. 23. n. 14.

3. Paulus III. concessit Indis novi orbis, ut possint in tertio & quarto gradu matrimonio jungi: unde poterunt conjugum inter se, licet alter in primo, vel secundo gradu distet a spite: quia iure communi distantia graduum computatur iuxta remotiorem, & ille imbibit, & trahit ad se propinquiorem. l. 8. d. 24. n. 35.

4. Probabile est, & rationi consentaneum, indices ecclesiasticos non teneri cum Indorum Neophytis in divortii sententia ferenda, & causis matrimonialibus, figuram ac iudicii strepitum servare, prout servant, & servare debeat cum Hispanis: atque ita posse absque tabellione, & scriptura aliqua procedere, & absque juramento testium, quando haec ob magnas expensas, & Indorum paupertatem, locique distantiam non possunt commode adhiberi; modo tamen pro viribus, & posse enitatur de veritate certiores fieri. lib. 10. disp. 19. num. 1.

5. Religiosi quibus Neophytorum ex Indis cura commissa est a suis Praelatis, habentque assensum Episcopi ad utendum privilegio sibi concessis circa Indos, possunt in causis matrimonialibus ipsorum tanquam iudices in utroque foro procedere; & quamvis ut iudices procedant non tenentur exacte ordinem iudicii servare, ubi necessitas omittit compulerit. n. 2.

Infidelis.

1. Matrimonium inter dispares cultu nemp inter fidelem, & infidelem est irritum, constat apud universos Theologos, ac juris utriusque professores. l. 7. d. 71. n. 1.

2. Inter personam baptizatum, & catechumenam est irritum matrimonium, quod catechumena Baptismo, qui Sacramentorum est janua, caret: quamvis fidelem teneat, & in gratia constituta esse possit: idem dicendum de matrimonio catholici cum fide baptizata. nu. 2. & 3.

3. Matrimonium fidelem cum infideli vetitum est iure divino naturali, ac proinde seculo quovis iure ecclesiastico nullatenus licet, nisi in aliquo evento specialiter ita urgens causa occurreret, ut recta ratio id matrimonium tunc inendum diceret. n. 5.

4. Quidam affirmant matrimonium inter fidelem, & infidelem iure divino interdictum esse, ac eodem jure esse irritum; sed multo verius est non esse id matrimonium irritum aliquo jure naturali divino, aut divino positivo, sed ex receptissimo Ecclesiae usu vim legis obtinente, & ex Apostolorum traditione. n. 6. 7. & 8.

5. Potest ex pontificia dispensatione matrimonium iniri inter fidelem & infidelem, cum Pontifex possit in omni iure ecclesiastico dispensare, n. 10.

6. Apud infideles est verum, & legitimum matrimonium, non tamen ita perfectum, sicut inter fideles contra Lutherum: quia matrimonium infidelium est solum contractus quidam naturalis; fidelium autem praeter contractum naturalem, est etiam Sacramentum. l. 7. d. 73. num. 2.

7. Matrimonium infidelium est validum, quando non adit in ipsorum matrimonium impedimentum iure naturali, vel ipsorum legibus dirimens, quamvis iure canonico dirimat. n. 3.

8. Non eo ipso quod alter ex conjugibus infidelibus ad fidem convertitur altero manente in infidelitate dissolvitur conjugium, est de fide, quia matrimonium iure naturae consistit inter infideles, at professio fidei nec naturam, nec ejus jura tollit. n. 6.

9. Tempore primitivae Ecclesiae conjugum ad fidem convertis nonquam obligatus fuit ad cohabitandum cum infideli, sed integrum fuit ei semper ab ea direrere, quamvis infidelis vellet cohabitare abique Dei contumelia, & sine pertractione fidelis ad peccatum, sed tantummodo fuit consilium a D. Paulo. 1. ad Corinth. cap. 7. n. 12. seqq.

10. Fidelis non tenetur habitare cum infideli, quamvis

v. Cognitione
v. 23.
v. 53.
v. Canon
v. 11.
v. 17.
v. 19.
v. 21.
v. 22.
v. 23.
v. 24.
v. 25.
v. 26.
v. 27.
v. 28.
v. 29.
v. 30.
v. 31.
v. 32.
v. 33.
v. 34.
v. 35.
v. 36.
v. 37.
v. 38.
v. 39.
v. 40.
v. 41.
v. 42.
v. 43.
v. 44.
v. 45.
v. 46.
v. 47.
v. 48.
v. 49.
v. 50.
v. 51.
v. 52.
v. 53.
v. 54.
v. 55.
v. 56.
v. 57.
v. 58.
v. 59.
v. 60.
v. 61.
v. 62.
v. 63.
v. 64.
v. 65.
v. 66.
v. 67.
v. 68.
v. 69.
v. 70.
v. 71.
v. 72.
v. 73.
v. 74.
v. 75.
v. 76.
v. 77.
v. 78.
v. 79.
v. 80.
v. 81.
v. 82.
v. 83.
v. 84.
v. 85.
v. 86.
v. 87.
v. 88.
v. 89.
v. 90.
v. 91.
v. 92.
v. 93.
v. 94.
v. 95.
v. 96.
v. 97.
v. 98.
v. 99.
v. 100.

conversus ad fidem copulam habuerit cum eo conjugate infideli, etsi sit fecus in adulterio carnali. n. 8.

11. Infidelis qui non convertitur cum altero conjugate ad fidem reditio peccat in Deum, & in legem matrimonii. num. 9.

12. Secundum veriorum sententiam tenetur fidelis ab infideli recedere, ubi eius conversioni nulla spes probabilis inest, quamvis velle infidelis pacifice, & sine Creatoris contumelia habitare. n. 10 & 12.

13. Possit ex Episcopi dispensatione ea habitatio admitti in his infidelium infulis ubi crebrior est eorum conversio; atque ita possit Episcopus amplius temporis spatium concedere, ut infidelis conversio expectaretur, quando nullum subversionis periculum subesset, & spes probabilis esset fore ut infidelis converteretur. n. 13.

14. Quamvis probabile sit apud Indos novi orbis, teneri conversum precepto correctionis paternae non recedere ab infideli, quando est certa spes eius conversionis; ac contrarium est verius. n. 14.

15. Præceptum hoc divertendi a conjugate infideli nolente converti non obligat cum vitæ discrimine, sicut nec præcepta alia humana cum eo obligant: unde si infidelis apud suos converteretur ad fidem, & ne proderet cum vitæ periculo commaneret cum conjugate infideli, servato jure divino perverſionis discrimen cavendum distanti, vacaret culpa. n. 15.

16. Quando alter solum ex parentibus est fidelis, si proles sit doli capax, non est cogenda ad fidem, sed suae libertati relinquenda, si autem non sit doli capax, ejus conditionem legi debet qui ad fidem convertitur, quia jus habet Ecclesia compellendi fidelem ut prolem doli incapacem, baptizet. num. 16.

17. Matrimonium infidelium quantumvis consummatum potest dissolvi, si alter conjux ad fidem convertatur, alter autem in infidelitate perinat: aut omnino cohabitationem respuat, aut habitare nolit absque Creatoris contumelia, vel absque eo quod conjugem fidelem ad peccatum lethale pertrahat: tunc conversio licet ad alias nuptias transire. l. 7. d. 74. n. 4.

18. Si infidelis iuste, ac jure suo utens renuat habitare cum fidele, ut si infidelis sit innocens, fidelis autem adulterii reus, aut tempore infidelitatis, aut post fidem receptam, nec adulterii illius injuria ab innocente remissa sit, tunc si ratione adulterii divertat infidelis, non poterit fidelis prius matrimonium dissolvere, nisi postea infidelis adulteretur, vel adulterii injuriam condonet. num. 5.

19. Infidelis dicitur nolle habitare cum fidele conjugate sine contumelia Creatoris, cum blasphemias in Deum jacitat, vel sollicitat conversum ad infidelitatem: pertractio autem ad peccatum mortale est, cum talis est persuasio, ut quasi vim aliquam inferat. n. 6.

20. Nonnulli asserunt satis probabiliter non posse dissolvi matrimonium nec aliud iniri, quando infidelis converti renuit, vult tamen habitare sine contumelia Creatoris, & sine pertractione ad peccatum, quamvis tunc non teneatur infidelis habitare cum infideli: at verior sententia ait, quamvis tempore primitivæ Ecclesiae, quo licebat fidele habitare cum infideli, non poterit in hoc casu dissolvi matrimonium, & postquam jam non licet talis habitatio nisi infidelis convertatur potest dirimi vinculum prioris matrimonii, & ad aliud transiri. num. 8. & 9.

21. Privilegium Christi immutatum perseverat quod ab initio fuit, ut infidelis possit dissolvere matrimonium quando infidelis non vult modo licito habitare cum infideli: solum autem facta est mutatio per Ecclesiae præceptum, circa hunc modum licitum; nam qui olim licitus erat, est hodie illicitus. n. 10.

22. Nulla judicis sententia desideratur, ut infidelis renenti converti se iuxta aliam opinionem, habitare sine Dei contumelia, vel pertractione ad peccatum, possit fidelis matrimonium illud dissolvere ad aliudque migrare. num. 11.

23. Ut possit fidelis matrimonium dissolvere, & ad aliud transire, debet moneri infidelis, aut interrogari, an velit converti, seu juxta aliam opinionem an velit habitare sine Dei contumelia, nec ad peccatum pertrahens. num. 12.

24. Si moraliter constat fidele obstinat infidelis, aut quoties infidelis adeo distat ut commode requiri nequeat, vel alias facto ipso conſter voluntas infidelis, non erit necessaria monitio. n. 13. 14. & 15.

25. Si conjux ad fidem conversus esset dubius de infidelis obstinatione: non possit ad aliud matrimonium transire absque prævia monitione: sufficeret tamen nunciatus certus, ac hie dignus, qui per verba verisimilia deponat de conjugis infidelis obstinatione. n. 16.

26. Afirmant quidam desiderari, Ecclesiae autoritate præhigi infideli terminum ut convertatur, quo possit prius matrimonium dissolvi: sed oppositum est verius quamvis id utilissimum sit. n. 17.

27. Non sunt negandæ induciæ ad conversionem infideli, si citra fraudem eas petat, quia tunc non declarat

contradictionem, sed tempus deliberandi postulat: si procrastinaverit licet fidelis alii nuptias copulari. n. 18.

28. Sanum consilium est quamvis non necessarium, testes adhiberi dum infidelis monetur, ac renuit converti, aut legitime habitare, ut hoc testetur, si forte his postea intenteretur de valore matrimonii postea a fidele iniri. n. 19.

29. Probabilis quorundam sententia est in casibus, quibus licet fidele matrimonium dissolvere, & ad aliud transire, dissolvi statim matrimonium non expectato transitu fidelis ad alias nuptias: alii tamen probabilis sustinent non dissolvi prius matrimonium donec fidelis ad aliud transierit: unde si fidelis nunquam mutet statum perseverabit prius matrimonii vinculum, & quotiescumque infidelis conversus fuerit ad fidem, tenebitur fidelis illum tanquam verum conjugem admittere. lib. 7. disp. 75. a. n. 1. ad 4.

30. Minime dirimetur prius matrimonium, donec fidelis ad alias nuptias tranſeat, quamvis Ecclesiae sententia interceſſerit declarans liberum esse, fidelem ad aliud matrimonium transire, quia sententia illa non dirimit, sed solum declarat jus dirimendi compens fidele. num. 5.

31. Si ante matrimonium a fidele contractum tranſeat infidelis ad alias nuptias, illae erunt irritae, & ita si postmodum ad fidem convertatur, est ab illis separandus, & reddendus conjugi prius converso, quia privilegium hoc dissolvendi matrimonium prius per alias nuptias sequentes, non concessum est a Christo infideli, sed fidele in favorem fidei. num. 6.

32. Si infidelis fornicetur, & post convertatur ad fidem ante secundum matrimonium a fidele initum, quamvis fidelis possit eum expellere ob id adulterium, non tamen potest ad aliud matrimonium transire; quia cessavit infidelis pernicia, quae facultatem illius matrimonii dissolvendi præbebat. n. 8.

33. Si ante matrimonium a fidele conjugate initum alter convertatur, non opus est novo consensu ad matrimonium procedens inſtaurandum, quia nondum dissolutum est. num. 9.

34. Si post nuptias fidelis, eoque jam viduo effecto, convertatur conjux infidelis, non tenetur fidelis, nec potest illum admittere, nisi novum cum eo matrimonium inest: quia cum prius matrimonium solummodo in initio sit, postmodum contracto, non est cur post hujus dissolutionem, sit cogendus fidelis stare priori. n. 10.

35. Licet conjugi fidele transire ad religionem, vel ordines, aut votum castitatis emittere, si infidelis renuat converti, licet habitare velit absque Creatoris contumelia, & sine pertractione ad peccatum. l. 7. d. 76. n. 1.

36. Consilium est existente probabili spe conversionis infidelis, ut conjux ad fidem conversus non tranſeat ad religionem, vel ordines, aut votum castitatis emittat, ne per hoc impediatur infidelis conjugis conversio; destituti spe recuperandi conjugis. n. 2.

37. Ante monitionem infidelis non potest fidelis ad religionem, aut ordines transire, sicut de transitu ad aliud matrimonium dictum est. n. 3.

38. Si in initio renuat infidelis converti, & legitime habitare, postea autem nondum statu fidelis mutato convertatur, non poterit jam fidelis ad ordines, vel religionem, aut votum castitatis obligans ad non reddendum, transire, sicut nec ad aliud matrimonium numero 4.

39. Si infidelis convertatur, fidele ingreſſo jam religionem, nondum tamen professio, existant quidam non cogendum fidelem redire ad conjugem conversum; sed contrarium dicendum est, quia res est adhuc integra; non enim est fidelis tempore conversionis infidelis in statu repugnanti, sed in probatione & via ad alium statum; secus esset si jam fidelis professus esset, vel sacris initiatus. n. 6. & 7.

40. Abulensis negat, casu quo dissolvitur matrimonium consummatum infidelis ob ejus obstinationem, per transitum fidelis ad aliud matrimonium dissolvi quoque proficiente fidele in religione approbata: ceterum omnino tenendum est dissolvi prius matrimonium consummatum per professionem illam, sicut dissolveretur per subsequentem conjugum. n. 8. & 9.

41. Sustinent aliqui dissolvi quoque matrimonii vinculum per transitum conjugis fidelis ad Ordines sacros, quemadmodum per alias nuptias, aut religionis professionem; ad dicendum est non dirimi, quia status ille non dirimit matrimonium ratum fidelem. n. 11.

42. Non dissolvitur matrimonium infidelis, si fidelis emittat simplex votum castitatis. n. 12.

43. Dissoluto matrimonio per transitum fidelis ad alias nuptias, vel professionem, certum est apud omnes valide infidelem ad aliud matrimonium transire: si autem fidelis ad solos Ordines sacros tranſierit, non poterit infidelis valide aliud contrahere matrimonium, licet in hoc casu posteriori postea conversus possit ingredi religionem. l. 7. d. 77. n. 1. & 2.

44. Docent quidam peccare infidelem tranſeuntem ad alias nuptias, ubi prius matrimonium novis nuptiis,

nuptiis, aut professione fidelis dissolutum est: alii distinguunt, si infidelis ante conversionem contrahat aliud matrimonium, peccare, secus si post conversionem; sed alii melius sentiunt, licere infideli dissoluto semel fidele matrimonio ad aliud transire, a. n. 3. ad finem.

45. Infidelis qui post votum castitatis uxorem duceret, non posset petere divorcium, quia hæc obligatio voti, est de jure naturali, æque infidelis, ac fideles obligat. l. 9. d. 33. n. 6.

46. Infideles matrimonio conjuncti in primo gradu consanguinitatis lineæ tranſverſæ, ut sunt fratres, & sorores, separandi sunt, dum ad fidem convertuntur, quia id matrimonium jure naturæ est irritum: tamen cum non careat probabilitate sententia affirmans hoc matrimonium sola lege ecclesiastica irritari, cui illi tempore infidelitatis non subjacebant, habet subinde eandem probabilitatem illos separandos non esse. l. 7. d. 51. n. 12.

47. Infideles nequeunt valido matrimonio conjungi post Baptismum cum consanguineis intra quartum gradum, quamvis tempore infidelitatis possent ultra primum gradum. l. 7. d. 65. n. 2.

48. Affinitas ex copula conjugali orta, non est Ecclesiae inventum, sed quod naturale instat consanguinitatis, oriturque tempore infidelitatis. Contra Enriq. n. 3. & 4.

49. Infidelis, qui cum uxore consummavit matrimonium tempore infidelitatis, non potest post Baptismum validum inire matrimonium cum consanguinea illius usque ad quartum gradum. n. 5.

50. Si tempore infidelitatis lit initum matrimonium non tamen consummatum, cum ex matrimonio rato oriatur quoddam amicitiae naturale vinculum, durabit quoque post Baptismum, quo tempore jam infideles subsunt legibus Ecclesiae irritantibus matrimonium cum consanguineis intra quartum gradum sponsæ de præſenti, etiam nondum cognitæ: intellige de matrimonio ante Baptismum valido. n. 6.

51. Ex sponsalibus tempore infidelitatis initis, nullum vinculum naturale oritur cum consanguineis alterius sponsi de futuro, quia impedimentum dirimens publicæ honestatis, solo jure ecclesiastico inductum, non potuit oriri tempore infidelitatis. n. 7.

52. Si quis tempore infidelitatis aliquam fornicarie cognoverit, potest post Baptismum ducere consanguineam ejus intra quartum gradum prohibitum, etiam quidam negent; quia affinitas orta ex copula fornicaria non est naturalis lege, sed ecclesiastica inducta, cui infideles non subsunt. n. 10. & 11.

53. Attenta consuetudine Ecclesiae, fidelis fornicans cum femina fidele contrahit affinitatem cum sorore illius infideli, quæ post multum temporis spatium nascitur ex parentibus illius feminae, quæ non potest contrahi statim ac soror illa in lucem edita, sed cum baptizatur. num. 12.

54. Ad contrahendum affinitatem satis est alterum esse fornicatum qui illam contracturus est fidelem esse, & consanguineum alterius cum quo contrahenda esset, vel tunc esse fidelem, vel post officii. n. 13.

55. Fidelis cognoscens carnaliter infidelem, si illa infidelis postea facta fidelis concipiat ex alio filiam, & baptizetur, contrahet affinitatem cum illa filia. ibid.

56. Infideles conjuncti in primo affinitatis gradu lineæ rectæ, cum baptizantur non sunt separandi, quia id matrimonium non est jure naturæ irritum, sed solo Ecclesiastico, cui ipsi non subsunt; contraria tamen sententia est satis probabilis: tale matrimonium est inter privignum & novercam, vel privignam & vitricum, iocorum & nurum, socrum & generum. l. 7. d. 66. n. 8.

57. Matrimonium infidelium, vel fidelis cum catechumena, ex Pontificia dispensatione contractum, ex parte neutrius est Sacramentum, quia matrimonium in utroque conjugate, est unum numero Sacramentum, sicut est unum numero matrimonium, ergo si in uno nempe infideli catechumena non est Sacramentum, nec erit in altero. l. 2. d. 8.

Interdictum.

1. Sentiant aliqui nefas esse tempore interdicti, & cessationis a divinis matrimonium contrahere: verum absque dubio dicendum est posse licite matrimonium iniri tunc temporis, & hoc ex consuetudine Ecclesiae Romanae. l. 7. d. 8. n. 1. 2. & 3.

2. Si contrahentes sint specialiter, & personaliter interdicti, adhuc possunt licite & valide matrimonio copulari, quia sub illo interdicto non comprehenditur matrimonium, nisi expressum sit. n. 4. 5.

3. Sacramenta tempore interdicti permittuntur, ut sunt poenitentia, matrimonium, Baptismus, & confirmatio, nec non Eucharistia per modum viatici, possunt licite in Ecclesia specialiter interdicta ministrari, quamvis honestum sit, ea alibi celebrari, si commode fieri possit. num. 6.

4. Interdicti tempore possunt denuntiationes matrimonii fieri in Missa, quæ juxta interdicti formam celebratur. num. 7.

5. Afirmant aliqui benedictiones nuptiales tempore Thom. Sanchez de Matrim. Tom. III.

interdicti posse conferri, quod accessorium sequatur naturam principalis; nihilominus contrarium est dicendum, quia benedictio nuptialis est officium divinum, & ad actum ordinis pertinet. n. 9. & 10.

6. Hodie licite benedictiones nuptiales conferuntur tempore interdicti, servata moderatione juris, nimirum, submissa voce, januis clausis, expressis ac interdictis exclusis: tamen in Ecclesia speciali interdicto affecta, non licent benedictiones cum prædicta limitatione. n. 11. & 12.

7. Non licet nuptias benedicere, aut alia officia divina celebrare cum prædicta moderatione extra Ecclesias, & monasteria; quia limitata concessio ad Ecclesias, vel monasteria, non est extendenda ad alia loca, quæ Ecclesiae non sunt, ut oratoria privata. n. 13.

8. Tempore cessationis generalis a divinis, non licet nuptias benedicere, & cetera officia divina celebrare, etiam cum dicta moderatione. c. alma mater in 6. quamvis quidam hæc juris concessionem extendant etiam ad cessationem a divinis generalem. n. 14.

9. In solemnitatibus, quibus jure suspenditur interdictum, scilicet, in festis Natalis Domini, Pentecostes, Paschatis, Assumptionis Beatae Virginis, Corporis Christi cum tota octava, possunt tunc benedici nuptiae publice & solemniter, si alia ex causa non sit interdictum eas benedici: imo si die Natalis Domini, aut Paschatis tempore interdicti Sacerdos benedicit nuptias, reus erit culpæ lethalis adversus præceptum non benedicens nuptias eo tempore; non tamen reus erit violati interdicti, nec incurrit irregularitatem statutam adversus violatores interdicti. n. 15. & 16.

10. In prædictis festivitatibus sicut licet tempore interdicti nuptias benedicere, & alia divina officia celebrare publice & solemniter, ita tempore cessationis a divinis: quamvis contrarium sit probabilissimum nempe tunc non licere: in Ecclesia autem specialiter interdicta non liceret in dictis festivitatibus nuptiarum, aut aliorum officiorum celebratio. n. 18.

11. Quando interdictum locale est, possunt conjugates extra eum locum benedici, quia interdictum locale non ligat extra eum locum quem afficit: si autem sit personale, & generale, & solus vir eo personaliter interdictio affectus sit, aut uterque conjux, non licet benedictiones nuptiales etiam extra locum interdictum recipere, nisi vir domicilium mutet, tunc enim licet in loco non interdicto: si autem sola uxor sit illo generali personali interdictio ligata, potest in loco non interdicto benedici una cum viro: tandem si quis ex conjugibus sit specialiter interdictio personaliter affectus, nullibi has est illis benedictiones nuptiales recipere, donec conjux illo interdicto ligatus abolvatur. num. 19.

12. Nomine interdicti Ecclesiae, quod est impediens matrimonium contrahendum, intelligitur interdictum hominis ob legitimam causam interdictis ad tempus matrimonium iniri: interdicere autem potest matrimonium ad tempus contrahendi iudex Ecclesiasticus, & etiam parochus. l. 7. d. 6. n. 6.

13. Interdictus ingressus Ecclesiam licite non potest intra Ecclesiam benedictiones recipere; possit tamen extra. lib. 7. disp. 9. n. 15.

Irregularitas.

1. Si conjugatus nondum consummato matrimonio ad ordinem sacrum absque uxoris licentia tranſeat, efficitur irregularis, unde nequit constanter matrimonium, aut eo soluto, in suscepto ordine ministrare, aut ad superiorem provehi, nec potest ad officium aliquod aut beneficium promoveri: ita Joannes 22. in sua extravagan. l. 7. d. 49. n. 2.

2. Ad incurrandam hæc irregularitatem desideratur dolus, atque ita quæcumque ignorantia causa juris vel facti, dummodo non sit affectata, nec ita crassa ut sit ingens temeritas, excusat conjugatum sic promotum ab hac poena. num. 7.

3. Non incurrit hæc irregularitas quotiescumque fuerit matrimonium irritum, sive uterque conjugatus fuerit, sive ignoravit, sive solus vir noverit matrimonium fuisse irritum. n. 4.

4. Quidam censent virum solvi huic irregularitati quando de licentia uxoris ad Ordines sacros ascendit, non servatis tamen conditionibus jure petitis; sed oppositum est verius, & dicendum hunc vere suscipere ordinis executionem. n. 5. & 6.

5. Incurreret vir hæc irregularitatem, si licentia dolo, vel metu viri constantis extorta esset; vel si uxor non concessisset licentiam, sed sciens dissimulasset; quia cum in his eventibus competat ipsi uxori jus repetendi, non cessat ratio prohibitionis: at cum probabile sit uxori dissimulanti non competere jus repetendi, similem probabilitatem habebit virum tunc non incurere hæc irregularitatem. n. 7.

6. Hæc irregularitas, quamvis secundum quosdam videatur aboleri si vir legitime tranſeat ad religionem ut ante matrimonium consummatum, vel eo per mortem uxoris soluto, aut ea concedenti licentiam, cum conditionibus jure petitis, tamen dicendum est

eam non aboleri, sed id indulgeri ingressi religionis, ut tunc possit Episcopus cum se promotio dispensare, & eam ad omnia habilem efficere. n. 8.

7. Si conjugatus abique debita licentia ad solos Ordines minores promoveatur, quamvis peccet, at nullam irregularitatem aut censuram incurrit: & Clemens VIII. revocavit constitutionem Sixti V. quoad male promotos, & promoventes ad ordines. n. 9. & 10.

8. Si initiatus minoribus Ordinibus est conjugatus ante motus proprii Sixti V. revocationem, ac proinde ligatus est suspensione in eo lata, ac Pontifici reservata, post revocationem Clementis VIII. cessat penitus reservatio, & ita a quocumque potest absolvi. n. 11. & 12.

9. Sacerdos ducens viduam, vel sub conditione impossibili, aut turpi conscius eam rejicit, & conformiter constitutioni Ecclesie, id matrimonium celebrans irregularis est; secus quando fuit ignarus, vel non conformiter illi constitutioni contraxit. l. 5. d. 3. n. 22.

10. Irregularis est liber ancillam ducens, quod vilis & infamis persona reputetur ancillam ducens; & id verum quamvis ancilla virgo sit. l. 7. d. 19. n. 14.

11. Quidam sentiunt bigamiam irregularitatem contractam ante religionis professionem deleri hac emissam, secus si postea contracta sit; alii dicunt per professionem deleri omnia irregularitatem ortam ex proprio delicto, secus de ea quae ex significationis defectu confurgit; sed dicendum est nullam deleri irregularitatem, praeterquam in casibus jure expressis, nimirum, quando oritur ex defectu natalium, & quidem non omnino, sed tantum quoad Ordines suscipiendos, manente dignitate incapacitate. l. 7. d. 86. n. 1. & 5.

12. Dispensatio irregularitatis ex homicidio presbyteri contractae non est subreptitia, etiam si taceatur occisum fuisse presbyterum; quia fuisse presbyterum, aut quemcumque hominem aliam interfecit, est qualitas omnino extrinseca nihil ad irregularitatem faciens, Contra Navarrum & Manuelem. l. 8. d. 21. n. 22.

13. In dispensatione obvianda irregularitatis, eo quod excommunicatus celebravit, non tenetur irregularis multiplicata celebrationis mentionem facere, quamvis contrarium minus bene tenet Manuel. l. 8. d. 24. n. 7.

14. Irregularitas ex significatione confurgens contrahitur, licet adit ignorantia juris vel facti, quia five data opera, siue ignoranter fiat id cui est annexa, aegre tollitur significatio, cuius defectu incurritur: haec enim irregularitas abique culpa contrahitur, sed non abique causa. l. 9. d. 32. n. 15.

15. Afirmant aliqui ad irregularitatem ex delicto, suspensionem, interdictum, ceteraque quocumque poenas incurrendas satis esse, delinquentem nosse se peccatum admittere, quamvis prolixius ignoret jus positivum prohibens sub illis poenis, sed verius credit Auctoritas veritas has poenas non incurri, ubi adest praedicta juris ignorantia. n. 16. & 17.

16. Dum in nova constitutione reservatur absolutio alicuius peccati in odium illius, ut fecit Sixtus V. contra male promotos ad Ordines, ignorans invincibiliter eam constitutionem non incurrit haec reservationem, quamvis se delinquere norit. n. 18.

17. Navarrus, & quidam alii docent ad incurrendum excommunicationem, suspensionem, interdictum, & irregularitatem, & quamlibet aliam poenam communiter non statutam, exigi scientiam juris prohibentis & ipsius poenae; alii censent hoc esse speciale in excommunicatione; utraque sententia est satis probabilis, prior tamen est probabilior in omnibus casibus, & etiam in irregularitate, quando est mera delicti poena, & censura ratione habet: in reliquis autem poenis probabilis est quod ait Navarrus, at multo probabilius oppositum. n. 20. & 21.

Judex.

1. In causis, in quibus exberat iudicis officium, ut in beneficiis, ac conjugaliibus, potest iudex suum officium interponere, non tantum in his quae pars intentare nequit, sed in his etiam quae potest pars: quoniam in causis conjugaliibus iudex ex officio multa suspensio. l. 7. d. 113. n. 24. & 25.

2. Potest iudex ex officio corrigere dictum testis partem, si non petente, quoties testis deponit iuxta artis peritiam. n. 26.

3. Iudex potest in causa conjugali facere ex officio suo, parte non petente, ut allegata impotentia viri, aut archiducem feminae inspicitur vir, aut femina, ut vel sic norit an matrimonium sit validum nec ne. n. 27.

4. Id speciale est in causis conjugaliibus & in omnibus aliis, in quibus anima periculum vertitur, & agit de peccato vitando, ut quamvis actor nil probaverit, & proinde nulla sit pro adore praesumptio, adhuc sit iuramentum a iudice defendendum reo, & hoc fit ad purgandam omnem suspicionem. n. 28.

5. Quando iudex interrogat conflaguineos, vel affines de copula incestuosa, qui ad inendum inter se matrimonium dispensationem obtulerunt, si concedatur dispensatio in foro externo, non tenentur hi copulam fateri, nisi interrogentur praecedentibus iudicis, aut in-

v. liget. mia.

v. causa. n. 22. n. 24. n. 25. n. 26. n. 27. n. 28. n. 29. n. 30. n. 31. n. 32. n. 33. n. 34. n. 35. n. 36. n. 37. n. 38. n. 39. n. 40. n. 41. n. 42. n. 43. n. 44. n. 45. n. 46. n. 47. n. 48. n. 49. n. 50. n. 51. n. 52. n. 53. n. 54. n. 55. n. 56. n. 57. n. 58. n. 59. n. 60. n. 61. n. 62. n. 63. n. 64. n. 65. n. 66. n. 67. n. 68. n. 69. n. 70. n. 71. n. 72. n. 73. n. 74. n. 75. n. 76. n. 77. n. 78. n. 79. n. 80. n. 81. n. 82. n. 83. n. 84. n. 85. n. 86. n. 87. n. 88. n. 89. n. 90. n. 91. n. 92. n. 93. n. 94. n. 95. n. 96. n. 97. n. 98. n. 99. n. 100.

famia; secus autem si in foro conscientiae concedatur dispensatio: unde in priori causa non redditur irrita, neque subreptitia dispensatio negata copula occulta; secus in posteriori. l. 8. d. 25. n. 13.

6. Iaculus occultus est explicandus in dispensatione, ut valida sit, & ideo jusest iudici de eo interroganti, teneatur reus fateri, aut si fateri nolit non uti dispensatione, quia illa interrogatio non eo tendit ut ille puniatur, sed ut impediatur dispensationis subreptitia usus, & matrimonium irritato: probabile tamen est non impediri valorem dispensationis tacito incestu, & ideo culpa vacare illum negare etiam cum juramento. n. 15.

7. Iudex potest conscius innocentiae ejus qui secundum allegata & probata est reus, illi occulte copiam fugiendi facere. l. 7. d. 37. n. 13.

8. Si infideles inter se in foro conscientiae velint matrimonium inter se inire, & opponatur impedimentum, aut contendant matrimonium semel initum esse invalidum, aut divorcium petant ratione adulterii, aut infirmitatis, non est iudex Ecclesiasticus audeus, sed solus secularis est competens: quod si alter conjugum ad fidem redierit, actor debet petere ius rei. l. 7. d. 3. n. 9.

9. Iudex Ecclesiasticus nullo modo permittere debet conjuges juvenes separatos esse ob incontinentiam periculum: potestque ex officio propter hoc periculum compellere utrumque ad cohabitandum. l. 9. d. 4. n. 5.

10. Quidam ajunt solius iudicis Ecclesiastici esse poenas inferre laicis clam contrahentibus, alii dicunt solius esse iudicis secularis, sed dicendum est hoc delictum esse misti fori; unde iudex qui praevererit, siue Ecclesiasticus, siue secularis, puniet hoc delictum; quia haec est qualitas facti, & non juris. l. 3. d. 54. n. 1. & 2.

11. Iudex Ecclesiasticus potest inhibere saecularem, ut tantum deponant testes coram eo de valore matrimonii non vero respectu poenitionis; cum sit misti fori, & ita locus detur praeventioni. n. 6.

12. Si iudex Ecclesiasticus non condigne puniat clam contrahentes, potest eos iudex saecularis iterum punire, non secus ac si puniri non essent; ita tamen ut haec secunda poenitio temperetur, ac condigna sit, habita ratione poenae ab Ecclesiastico impositae. n. 7.

13. Si iudex fulminavit excommunicationem latae sententiae in sponsum, post bimestre non consummate matrimonium, transacto illo tempore incurrit illam sponsus, & ita ligatus erit ob contumaciam usque ad introitum religionis, & tunc absolvendus est. l. 2. d. 24. n. 28.

14. Iudex Ecclesiasticus potest compellere creditorem ut remittat juramentum sibi factum de solvendo usuris: potest etiam iudex saecularis ad id compellere laicos, cum enim sit competens ad cogendum servare juramentum, eadem ratione potest compellere ad relaxandum. l. 1. d. 32. n. 18.

Juramentum.

1. Juramentum contra bonos mores praestitum, non est obligatorium: mores autem quidam sunt civiles, quidam naturales; contra bonos mores civiles esse dicitur; quia licet res promissa in non sit peccatum, inde tamen bonis moribus quos in bene instituta republica servari debet, potest facti praedictum afferri: contra naturales autem esse dicitur, quando res promissa impleri non potest abique culpa lethali, vel veniali. l. 1. d. 32. n. 1.

2. Quoties ex parte jurantis res est licita, saltem ad redimendam vexationem, quamvis is cui juramentum praestatur inique illud extorserit, juramentum est validum, & obligatorium. Ibidem.

3. Quoties juramentum non obligat, seu non valet, non est necessaria relaxatio. n. 2.

4. Dicitur inter haec, juramentum confirmat contractum, & non confirmat contractum, sed observandum est ob divini nominis honorem donec relaxetur. n. 3.

5. Quando juramentum obligat non tamen firmat contractum, dimittur contractus in sua natura, & si erat invalidus, adhuc manet invalidus, quia juramentum tunc temporis nullum vinculum addit contractui, sed tantum obligat in ordine ad Deum, ne testis falsus sit: quando vero juramentum confirmat contractum, licet seculo juramento esset nullus, efficitur tamen ratione juramenti firmus, & irrevocabilis. n. 4.

6. Quando contractus non firmatur juramento, sed juramentum servandum; relaxato juramento potest immediate venire contra contractum, non enim obstat contractus, quia nullus erat, non juramentum, quia relaxatio extinguitur est: at si contractus firmetur juramento, quamvis aliquando ratione lesionis concedatur relaxatio, manet tamen validus contractus. n. 5.

7. Si contractus firmetur juramento non licet amplius contravenire, nec peti potest absolutio, nec facta solutione datur repetitio, sed contractus omnino firmus, & irrevocabilis manet. n. 6.

8. Ubi juramentum non firmat contractum, si solum sit de solvendo, facta solutione impletum est, & abique aliqua relaxatione potest solum repeti: si autem juramentum fiat etiam de non repetendo non potest solum repeti ante juramenti relaxationem. n. 7.

v. cohabitatio.

v. causa. n. 22. n. 24. n. 25. n. 26. n. 27. n. 28. n. 29. n. 30. n. 31. n. 32. n. 33. n. 34. n. 35. n. 36. n. 37. n. 38. n. 39. n. 40. n. 41. n. 42. n. 43. n. 44. n. 45. n. 46. n. 47. n. 48. n. 49. n. 50. n. 51. n. 52. n. 53. n. 54. n. 55. n. 56. n. 57. n. 58. n. 59. n. 60. n. 61. n. 62. n. 63. n. 64. n. 65. n. 66. n. 67. n. 68. n. 69. n. 70. n. 71. n. 72. n. 73. n. 74. n. 75. n. 76. n. 77. n. 78. n. 79. n. 80. n. 81. n. 82. n. 83. n. 84. n. 85. n. 86. n. 87. n. 88. n. 89. n. 90. n. 91. n. 92. n. 93. n. 94. n. 95. n. 96. n. 97. n. 98. n. 99. n. 100.

9. Ut

9. Ut juramentum firmare dicatur contractum, quando non, duplici replica explicandum est, quarum prima sit. Quoties actus in favorem publicum principaliter prohibetur, non confirmatur juramento; secus quando principaliter ob privatam utilitatem, quamvis secundario, & minus principaliter publicam utilitatem confirmat. num. 8.

10. Contractus dicitur principaliter ob bonum publicum prohiberi, & secundario ob privatam, quando disponit de rebus publicis, quia utilitas immediate resultat toti republicae; at quando disponit de rebus privatorum, quia utilitas immediate defertur privatis, dicitur quoad executionem esse principaliter ob utilitatem privatam. num. 11.

11. Secunda regula sit. Quando contractus primo & principaliter prohibetur propter privatam utilitatem semper firmatur juramento, nisi reprobatus sit odio creditoris, in cujus favorem juratur: quia in ipso est turpitudinis: tunc enim non confirmatur juramento, quamvis juramentum servandum sit donec relaxetur, & facta solutione potest solum repeti: haec autem turpitudinis debet esse de jure naturali, & divino, nam si est de jure humano, confirmabit contractum juramentum. n. 12. & 13.

12. Quando contractus est propter solam privatam utilitatem reprobatus, nec id fit in turpitudinis creditoris odium, efficitur per juramentum in expugnavilis, nec impletur juramentum momentanea solutione statim repetendo. num. 14.

13. Potest Episcopus relaxare juramentum, quando veritatur turpitudinis ex parte creditoris recipientis, quia nullum jus ei acquiritur, sed lege iustitiae tenetur resistere, & ita in juramento solvendi usuras vel metu extorto, docent omnes. n. 15.

14. Haec juramenta contractui adjecta, in quo est turpitudinis, & injustitia in creditore, possunt relaxari, vel commutari virtute diplomatum concedentium relaxationem, vel commutationem juramentorum abique tertii praedictio, quia cum ex his juramentis non acquiratur jus tertio, ex illorum relaxatione non inferitur illi praedictio. num. 17.

15. Si jurans nolit remedium relaxationis uti, potest adire iudicem Ecclesiasticum, vel saecularem, ut compellat creditorem remittere hujusmodi juramentum: si tamen dubium sit de recipientis turpitudine, & teneri ipsum relaxare, solus iudex Ecclesiasticus erit competens. num. 18.

16. Quorundam opinio est, & quidem probabilis, peenam contractui sponalibus adjectam firmari juramento; tamen probabilior sententia docet hujusmodi promissionem non firmari juramento, quia talis promissio interdicitur propter utilitatem publicam. n. 20. & 21.

17. Hoc juramentum minime obligat, & consequenter nulla indiget relaxatione, quia est contra bonos mores naturales, & contra bonum publicum, in quibus casibus juramentum non obligat. n. 22.

18. Quoties aliquis vere promissit matrimonium non tamen tenetur servare fidem ob aliquam causam, potest juramento negare promissionem intelligendo, ita ut teneatur, idem dicendum quando sapientium iudicio est probabile juramentum non teneri servare. lib. 1. disp. 10. numer. 28.

19. Quando sic promittens immunitus est a matrimonii obligatione, potest rogatus a iudice juramento negare se promississe, scilicet, ut teneatur. n. 27.

20. Interrogatus a iudice non mutuo receperit nummos, quos revera jam non debet, potest jurare se non recepisse, quia non recepit ita ut tunc teneatur solvere. Ibidem.

21. Clericus a custodibus interrogatus, num aliqua portet, ut gabellam solvere compellatur, potest juramento negare, intelligendo se nihil portare ex quo gabellam debeat. Ibidem.

22. Rogatus quis ab urbis custodibus, num veniat ex tali loco quem talo putant peste infectum esse, si norit minime peste affici, potest jurare se ex eo non venire, intelligendo ex ea peste infecto. Ibidem.

23. Jurans solvere amissa ludo ad creditum non potest ab Episcopo obtinere relaxationem juramenti, nec satisfacere momentanea solutione, nec potest repetere. l. 1. d. 32. num. 25.

24. Tenendo juramentum solvendi poenam in sponalibus promissam obligare, consequenter dicendum est, id juramentum non posse relaxari, nec posse repeti poenam solum, sed omnino manere contractum illum promissionis poenae confirmatum, & irrevocabilem. Ibidem.

25. Juramentum generaliter praestitum, restringendum est quantum fieri potest, ut minus obliget juramentum, l. 1. disp. 9. num. 11.

26. Coactus a latrone jurare se datum illi nummos, potest absque perjurio id jurare, retinendo mente, si ad id seculo juramento teneor: nec est perjurium, si intendat non dare, sciens minime teneri. l. 1. d. 11. n. 2.

27. Juramento illa inest virtus, ut faciat valere actus alias invalidos, eo modo quo valere poterunt. lib. 1. d. 20. num. 2.

28. Juramentum appositum in contractibus, quibus invalidi erant, quamvis metu gravi extortum sit, obligationem parit, indigetque relaxatione; quamvis oppositum non sit improbabile. l. 4. d. 20. n. 3. & 4.

29. Certum est juramentum metu gravi extortum, minime confirmare contractus alias invalidos. n. 2.

30. Quamvis in foro externo, minime concedatur juramenti relaxatio ubi metu est levis; eoquod non conceditur rescisso contractus tali metu ini: at in foro conscientiae est concedenda relaxatio ab Episcopo, nec id juramentum confirmat contractum, impletorque momentanea rei solutione, potestque statim abique juramenti relaxatione repeti, & potest per diplomata, vel privilegia relaxari, casu quo potest existente metu gravi. n. 9.

31. Aliqui dicunt ratificari matrimonium metu contractum, saltem in foro conscientiae, si firmetur juramento; ceterum tanquam certum tenendum est tale matrimonium non effici validum juramento, quia tale matrimonium irritum est defectu liberi, ac spontanei consensus, at juramentum non supplet defectum consensus substantialiter requiriti. n. 11. & 12.

32. Quando juramentum adiuciat matrimonii contracto per verba de praesenti, ut duco te, & juro me ducere, sicut matrimonium est omnino nullum, ita etiam & juramentum, quare nulla relaxatione indiget. n. 17.

33. Ex matrimonio non contracto, & juro per verba de praesenti, nulla confurgit obligatio etiam sponalium, quia jus resistit tali contractui, irritavitque juramentum. num. 18.

34. Si juramentum adiuciat contractui matrimonii coacti per verba de futuro, si fit juramentum de non contraveniendo illi matrimonio abique novo consensu, & ratificatione illius, non obligat, nec relaxatione indiget, quia est contra bonos mores. n. 19.

35. Si juramentum fit de futuro, nimirum de non contraveniendo, sed de rato habendo illo matrimonio novo consensu libero, tunc perinde est ac jurare se de novo contracturum matrimonium. n. 20.

36. Sponsalia metu gravi contracta non firmantur juramento, & ideo licet valida essent, postest Episcopus relaxare. l. 4. d. 21. n. 1.

37. Docent quidam juramentum sponalibus metu gravi contractis adjectum obligare, indigereque relaxatione, quamvis hoc fit satis probabile, verius tamen est tale juramentum non obligare. n. 23.

38. Quando metu levi contracta sunt sponsalia & juramento stabilita, quamvis valida sint, ut seculo juramento valida erant; juramentum tamen non confirmat talem contractum in foro conscientiae. n. 4.

39. Juramentum accedens constitutioni procuratoris ad matrimonium, si metu extorquetur non obligat: idem de juramento accedente professioni religionis, vel voto; de juramento autem accedente constitutioni procuratoris ad alia negotia, & promissionis dotis, & arratum metu extortis, dicendum est non obligare. n. 5. & 6.

40. Juramentum assertorium quo quis se donare alii firmat, continet virtute promissionis non revocandi eam donationem. l. 6. d. 12. n. 3.

41. Juramentum unum plura vitia supplere minime potest. l. 4. d. 20. n. 2.

42. Aliqui existimant priora sponsalia dissolvi per posteriora juramento firmata; sed dicendum est praevaleare priora sponsalia, quia juramentum illud fuit de re iniqua, & in praedictum tertii, quo casu nullo modo obligat, ex parte tamen illius cui prior fides data erat, soluta sunt sponsalia. l. 1. d. 50. n. 1. & 2.

43. In omnibus eventibus in quibus est licitum dissolvere sponsalia ob causam ignoratam, praecedentem, vel supervenientem, si juramento stabilita sunt, quidam affirmant necessarium esse juramenti relaxationem petere, ad alia dissolvenda, sed prolixius tenendum est nulla opus esse relaxatione. l. 1. d. 67. n. 1. & 2.

44. Juramentum rei licite obligat donec relaxetur, nisi deniat conditio expressa, vel tacite subintellecta. numer. 3.

45. Attento juris scripti rigore quando pro juramenti forma requiritur evangeliorum tactus, nec juri satis fit, nec valet actus quoad juris effectus, praestitum juramento abique eo tacto, quamvis jurans suo astringatur juramento; imo nec satis est praesentem esse Textum Evangelii, nisi jurans manu tangat, non pede, vel cubito: neque sufficeret scripturam aliam sacram tangere: consuetudine tamen praestitum est id juramentum super cruce praestari posse, quamvis Evangelii tactus jure petatur. l. 7. d. 108. n. 14.

46. Juramentum quod integre servari nequit, servandum est quoad partem possibilem, quando obligatio est dividualis, & non per modum unius contracta. l. 9. d. 35. n. 6.

47. Quando pactum non reddendi, nec petendi debilitatum juramento firmatum est, si juramentum sit solum factum in utriusque conjugis favorem, possunt ambo mutuo consensu illud remittere, & secus si intutu pietatis, ut continentiam ad Dei cultum observarent. lib. 9. disp. 37. num. 20.

